

Aus dem Leben eines schwäbischen fahrenden Scholaren im Zeitalter des Humanismus und der Reformation.

Briefe und Akten zur Biographie des Dr. Daniel Mauch aus Ulm,
Domscholasticus in Worms.

(Schluss).

XX.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard (in Ulm).
Augsburg, 1530, Juni 21.

No. CCCCVII.

1. IV, t. II. p. 444, 447 (f. 232).

Doctissimo artium et medicinae doctori Wolfgang. Rychardo domino et patrono suo Daniel Mauchius Salutem.

Clarissime vir, doctor doctissime.

Si quid scire cupis rerum novarum, sacra Caesaris Majestas¹⁾ in die lunae proxime praeterito omnes principes saeculares, qui hic sunt, ad coenam vocavit, ubi inter alia, qui Lutherani hactenus habiti sunt, datis Maiestati Suae manibus receperunt se in omnibus per omnia sibi obedituros, seque totos tradiderunt. Instituerunt igitur heri solennem missam decantandam, quam celebravit Archiepiscopus Moguntinus²⁾, cui cum Caesare omnes ecclesiastici et saeculares, qui hic sunt, electores principes et principes interfuerunt, praeter unum Hassiae Landgravium³⁾. Is enim Caesarem

¹⁾ Kaiser Karl V., Montag 20. Juni 1530; am 15. Juni war er in Augsburg feierlich eingezogen, vgl. ausführliche Schilderung nach Augenzeugenquellen bei Keim, W. R. S. 154ff.

²⁾ Albrecht von Brandenburg 1518—1545.

³⁾ Philipp von Hessen.

ad ecclesiam deducens, ubi: Veni sancte cantari audivit, furibundo similis ex ecclesia fugit. In medio missae Papae orator⁴⁾ ad Ferdinandum et archiepiscopum de bello contra Thurcas suscipiendo pulcherrimam orationem habuit, cuius exemplar, si habere possum, ad te mittam, tamen audio, quod publice edetur. Velle te adfuisse⁵⁾, non est tanta, ut quidam dicunt, caritas. Poteris, si placet, una dierum venire, et videbis, quae te vidisse non poenitebit. Postquam missa est finita, imperator cum suis ad praetorium equitarunt et ibi quod felix faustumque sit, negotia maxima inceperunt⁶⁾. Deum igitur opt. max. omnes precemur, ut aliquid boni parturiant. De me si scire cupis, satis recte me habeo et in magna gratia domini mei cardinalis.⁷⁾ Si ulla in re tibi opera mea⁸⁾ opus est, ingratum erit, si ex me petas et non pro tuo quodam jure mandaveris. Scire enim debis me totum esse tuum, et plus quam nunquam antea fuissem. Dominus Cardinalis habitat in monasterio sanctae crucis. Lutherus scripsit nescio quam adhortationem ad principes ecclesiasticos in lingua germanica, illam Cardinalis me latinam facere jussit⁹⁾. Est autem summa totius Lutheranismi, si totum Lutherum videre vis, emere poteris, novem sunt quaterniones et habet inscriptionem hujusmodi: Vermanung an die gaestlichen versamblett auff dem Reychstag zu auspurg 1530¹⁰⁾. Pene omissem, quod maxime fuit scribendum: Bernhardus Besserer unus e consulibus nostris hic est, ut nosti, et jurat per sancta¹¹⁾ se Lutheranismo nunquam consensisse, atque nihil pejus odire quam Lutheranos et omnium maxime Sacramentarios¹²⁾. Bene vale ex Augusta die martis post corporis Christi Anno 1530.

⁴⁾ Nuntius Pimpinelli, dessen Rede bei der Eröffnung der Verhandlungen am 20. Juni gehalten, wirklich gedruckt wurde, s. Keim, Schwäb. Ref. S. 161. Vgl. neuestens Acta Concilii Trident. IV, 1 (1904) p. XLIX, Friedensburg, Nuntiaturberichte I, p. XLVIII s., Pieper, Zur Entstehungsgesch. der ständigen Nuntiaturen p. XCII s. Vincenzo Pimpinella, Erzbischof von Rossano, war Nuntius bei Ferdinand I. 1529 – 1532, gest. 1534.

⁵⁾ Nach Ep. 327 wollte Dr. W. Rychard hinreisen. s. Keim W. R. S. 366, Schwäb. Reform. 153.

⁶⁾ Fehlt in C. U.: et ibi-inceperunt.

⁷⁾ Kardinal Campeggio, s. Ehses über Campeggio auf dem Augsburger Reichstag in Röm. Quart. 1903, S. 388 ff. 1904, S. 358 ff. vgl. oben No. XI. A. 12.

⁸⁾ Bezieht sich auf die Vermittlung von Briefbeförderung an den Sohn in Bologna, s. oben XIX.

⁹⁾ Die Uebersetzung ins Lateinische durch Mauch bezeugt auch ein Brief an Nausea aus Brixen 3. Febr. 1632 bei Falk I, S. 31, der unseren Brief noch nicht kannte und die Schrift eines Reformators „in dem gewissen Büchlein“ richtig vermutete. R. E. f. prot. Theol. II S. 244; Kolde, Luther II No. 335 ff. Luthers Werke E. A. 24, 356 kennen sie noch nicht, erst die Weimarer Lutherausgabe 30, 2, 237 mit Berufung auf meine Skizze von 1903.

¹⁰⁾ Die Schrift zu verbreiten und zu verkaufen verbot Kaiser Karl V. am 11. Juni, s. Nürnb. Ges. C. R. II, 91, b. Keim, S. R. S. 151.

¹¹⁾ In der Ulmer Handschrift ist sancta unterstrichen und auf den Rand geschrieben: „vieli. cuncta?“

¹²⁾ Ueber dieses schlaue, aber unredliche Verhalten des für die Ref. des Oberlandes einflussreichen Ulmer Rathsherrn s. Keim, W. R. S. 366.

XXI.

W o l f g a n g R y c h a r d a n D a n i e l M a u c h (in Augsburg).

U l m , 1 5 3 0 , j e d e n f a l l s n a c h 2 . J u l i u s v o r 5 . S e p t e m b e r .

E p . R y c h . N o . C C C X X V .

I . I I I . t . I I . p . 2 1 9 – 2 2 2 (1 9 7 v)

W o l f g a n g s R y c h a r d u s D a n i e l i M a u c h i o S . D . P .

Redditae sunt mihi hodie Joannis Beischlagii¹⁾ literae, quae datae sunt Bononiae postridie Calendas Julii, in quibus scribit pestilentiam Bononiae increbescere, Zenonem et se Ferrariam concessuros²⁾, id quod tibi significandum duxi, ut eo commodius noveris literis illuc mittendis providere. Nam quam maxime cupio tuas literas filio praesentari, ut earum lectione proculdubio frugalior efficiatur. Praeterea mi Daniel, non per omnia probatur mihi sententia illa, de qua scribis, nuper istic lata, meram sacerdotum incudem³⁾ sapiens; satius fuisset: τὸ πατέρων εὑρισκεῖν⁴⁾ in re fidei et necessitati indulgere. Nam velimus nolimus, clarius est, quam ut tergiversari possit, morum, legum atque religionis statum⁵⁾ amplius exorbitasse quam veritas etiam stolidis (ut est in proverbio) notissima sufferie possit. Oportet fieri reformationem, quam si capita facere neglexerint, metuendum est, ne plebs hanc provinciam minus feliciter et cum nostro detimento sibi usurpet⁶⁾. Varia sunt hominum studia. Sunt (ut mihi videre video) nonnulli, qui alias naufragio semiperditi, nihil plus perdit cupiunt quam rem ad arma protrahi; sperant summam pontificii thesauri ad se transituram. Itaque difficile est concordare illos, quorum studium est discordare. Utinam abessent illi, qui plus prodesse sibi praesumant bella quam pacem. Sed quoniam esse non potest, fiat, quod possit. Malo etenim rem silentio tegere, praesertim cum ventris negocium agitur, qui aures non habet, et adeo etiam oculos deesse animadverto, quod ausim in sinum tuum indubitato hoc vaticinium concredere, hoc, filium⁷⁾ longe aliorum cursurum quam instituamus, de qua⁸⁾ liberius mus-

¹⁾ Byschlagii, vgl. I. u. XIX.

²⁾ Nach Ep. 340 (XIX) hofft W. R. erst, dass sie in Bologna sind. Nach Ep. 289 v. 24. Sept. 1530 dagegen schreibt Zeno an den Vater aus Ferrara, dass er nach Padua reisen wolle, nicht nach Bologna wegen Geldmangel.

³⁾ Vgl. unten XXIV. theologastrorum incude.

⁴⁾ Dieselbe Kontroverse wie in Ep. Rych. 449 (XXIV) auch in einem undatierten Brief Rychards an Chrysostomus Monachus in Blaubeuren (Ep. Rych. 555) und in einem von Keim S. 333 zitierten, nicht erhaltenen Brief Rychards an Magenbuch v. 27. Febr. 1523, der zur Uebergabe an Luther bestimmt war.

⁵⁾ Vgl. kurz hierüber Keim, W. R. S. 336.

⁶⁾ Des letzten deutschen Papstes Hadrian warnende Stimme glaubt man hier zu hören, bestätigt durch den Gang der Geschichte, vgl. Pastor, Geschichte der Päpste IV, 2; Funk, Kirchengesch. 3. A. S. 436.

⁷⁾ Zeno Rychard, der zur Zeit in Italien reist gegen des Vaters Intentionen, die er noch von Venedig aus (14. Okt. 1530 Ep. 133) in den Wind schlägt, mit der Bemerkung an den Vater, Reisen sei besser, „quam ut animo defectus atque corpore languidus neque librorum neque doctorum opera frui benepotens domi pari pecunia intra parietes et melancholiae intentus mures in digitos numerare fuisse coactus,“ s. Keim W. R. S. 372.

⁸⁾ qua in C. U. ausgelassen.

sarem, nec dubito facile in meam sententiam suffragium tuum concessurum. Vale ex Ulma.

XXII.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard (in Ulm)
(Augsburg, 1530, nach XXI, kurz vor 5. September).

Ep. Rych. No. CCCCXII

I IV, t. II. p. 451—453 (f. 233).

Clarissimo viro artium et medicinae doctori doctissimo Wolfgango Rychardo domino et patrono mihi plurimum honorando Daniel Salutem.

Quod me hortaris¹⁾, ut celerrime²⁾ de filio tuo nuncium ad te perferri curem, faciam quam possum diligentissime, et nisi me omnia, spero nos paucis post haec diebus responsum habituros. Domino enim Floriano³⁾ et Beyschlagio⁴⁾ quam diligentissime scripsi, et maxime ipsos oravi, ut celerrime responderent. Quantum autem ad filium, fac animo bono sis; puto enim ipsum optime valere et jam convaluisse⁵⁾, et te lecturum propediem literas de bona valetudine spero. Quas vero ad te misi literas, fac ita serves, non enim erit Zenoni inutile, si convalebit ipsas legisse, quae⁶⁾ ad Florianum scriptae sunt, facile mutabo, et nuncios et valetudinem accusabimus, quod tardius quam sperabat, hujusmodi literae in manus suas venerunt. Si ipsum convaluisse ante me intellexeris, omnino cura, ut Zenonis literas mihi remittas. Spero enim sibi earum lectionem multum profuturam. Faxit deus opt. max., ut tuus vivat filius et tali quidem vita, quae maximum sit solatium ingravescentis olim aetatis tuae. Bene vale, et me, quod facis, ama. In die Lunae rex Hungariae et Bohemiae⁷⁾ feudum archiducatus Austriae accipit, et erit magnus triumphus extra civitatem; alias nihil apud nos est novi. Non possum per occupationes pulchriores pingere characteres vel meliorem scribere epistolam, pro humanitate igitur tua boni consulas. Si quid vobiscum est novi, fac ad me scribas. Iterum vale.

¹⁾ Offenbar ist damit Ep. XXI gemeint.

²⁾ C. U.: Celeberrime.

³⁾ Jedenfalls Florian Montinus in Ferrara, dessen Brief an Mauch Ep. 586 (= XXIII) erhalten und wohl identisch mit dem hier genannten ist.

⁴⁾ S. oben XIX, XXI.

⁵⁾ Ueber Zenos Krankheit s. oben XIII.

⁶⁾ C. U: quod?

⁷⁾ Ferdinand von Oesterreich war auch auf dem Augsburger Reichstag zugegen, s. Keim, Schwäb. Reform. 157 ff, und wurde Montag 5. September mit den österreichischen Erblanden belehnt.

XXIII.

Florian Montinus an Daniel Mauch in Augsburg.

Ferrara, 1530, bald nach XXII, etwa September.

Ep. Rych. No. DLXXXVI

I. IV, t. II, p. 227 (f. 324).

Ex epistola Floriani Montini Ferrariae scripta ad Danielem Mauchium Augustae in comitiis morantem apud Cardinalem Campedium anno MDXXXI (statt 1530¹).

Zeno conterraneus tuus, quem superioribus diebus²) item³) mihi commendabas⁴), belle convaluit, meque aliquoties domi invisit, officii, sed magis rei pecuniariae gratia. Is nusquam antea nisi per litteras tuas mihi notus petit a me, ingenuo certe pudore perfusus, ut aliquam pecuniam sibi mutuarem. Cui non invitus admodum assensi, quod maxima ex parte tibi acceptum ferre potest. Pergratum fuerit, officium collocasse in adolescentem non immemorem aut ingratum, quo alaciore animo mea hac felicitate frui queam.

XXIV.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Augsburg?).

(Ulm, 1530, September nach XXII.).

Ep. Rych. No. CCCCXLIX.

I. IV, t. II, p. 502—507 (f. 243).

Wolfgangus Rychardus Danieli Mauchio S. D. P. Adhortatus proximis literis τὸ παρόντεν εὐ ποιεῖν in re fidei¹), ne dum sumnum jus affectaremus, in summam incideremus injuriam.²) Sed quoniam ventris causa agitur, qui non habet aureis³), mirari desinam, si secus cadit alea quam optarim, impudentiam nostram malis avibus⁴) devoveo, qua factum est, ut auctoritas et reputatio sacrosancti caesarei numinis pessum eat, quae longe reverentius exosculanda venerat, quam quod in re exequutu impossibili ferme prostitueretur, in Anaxagoricum Chaos⁵) submergeretur. Velimus nolimus, innovare oportet morum, religionis et legum statum, tam diutina temporis rubigine ambesum. Necessitati etenim parendum est. Clamat ver-

¹) Ueber die fälschliche Datierung s. oben D.²) Jedenfalls der in Ep. XXII dem Vater mitgeteilte Brief Mauchs an Montinus.³) Wahrscheinlich zugleich mit Johann Beischlag, s. Ep. XXII.⁴) Fehlt in C. U.¹) S. oben XXI gleicher Anfang der Diskussion.²) S. Cicero de offic. I, 10; Terenz, Heautontimor. 4,5 v. 795.³) Ebenso unten parteis u. aureis. vgl. XXI.⁴) S. Horaz Od. I, 15, 5: mala avi.⁵) Anaxagoras aus Klazomenai beginnt seine Kosmogonie mit der Schil- derung des Chaos, wo ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦγ (Frg. 1) u. der Νος, der Geist, die Scheidung der gemischten Stoffe durch eine Wirbelbewegung hervorbrachte; vgl. Windelband, Gesch. d. alten Philosophie S. 54.

bum Dei, clamat coelum, clamant elementa, clamat denique se-cretus cordium furor mores degenerasse, religionem divitiis ab-sorptam, leges fastu et tyrannide exorbitasse; gravius etiam quam praesentis saeculi conditio amplius perferre queat. Christus, qui mentiri non potest, praedixit eradicatum iri plantationes, quas non plantavit coelestis pater. Divinus Plato vaticinatus est: fore tempus multa post saecula regi Dionisio⁶⁾ scribens in epistolis, quo theologiae mysteria exactissima discussione velut igne aurum purgarentur; poëtarum placita in promptu⁷⁾ sunt, quorum dicta non undique vaticiniis expertia esse creduntur, quos inter bar-batus magister⁸⁾ prodidit. Tempora mutantur et nos mutamur in illis⁹⁾. Quare perperam instituto proposito ad priscas observations com-pellimus tam longe mutatos homines, quibus etiam mellis longior usus aloën sapere occipit, adeo complantata est huic mundo vicis-tudo, in quo nihil praeter verbum dei aeternum manet, atque id solum aetate non extinguitur, sed quo diutius neglectum, eo vehe-mentius vires resumit. Necessitas igitur trutinanda est, cui qui re-fragatur, nihil obtinet, quam quod medici, qui incurabili morbo manus applicantes magis exasperant malum, et ocyus¹⁰⁾ interitum accelerant. Talem effectum vereor habituram sententiam, de qua scribis, vere theologastrorum incude¹¹⁾ fabricatam, qui stant a parte ventris. Nam quis boni consulat hancce tyrannidem, ut verba tua recitem: sic volo: sic jubeo: sit pro ratione voluntas¹²⁾. An ignoramus fidem nostram non debere ex voluntate humana, sed ex dei voluntate pendere, nisi falsa sit dominica oratio, in qua precamur patris coelestis fieri voluntatem. Sed quomodo mundo et carni immersi sapiemus, quae dei sunt, cum ignoremus, quae ob oculos nostros quotidie versentur. Duo videlicet esse hominum genera: alterum scl. mandare multa, alterum autem ne Grij quidem curare. Quid stupidi agimus aliud, quam nostra philautia obcaecati ansam praebemus plebi jugum discutiendi et compendiariam viam labefactandi erga dominos reverentiam et plantandi subditorum inobedientiam, qua demum exuberante non belle constat superiorum

⁶⁾ Tyrann von Sizilien; die Briefe sind unecht, s. Zeller, Gesch. d. Gr. Philos, II⁴, 1, 483; Christ, Gesch. d. griech. Lit. S. 452³.

⁷⁾ C. U.: promptu.

⁸⁾ barbatus von Philosophen s. Persius 4, 1; Juvenal 14, 12.

⁹⁾ Nach dem Anfang von Ovid, Metam. 15, 165 von Owen in seinen Epigrammen I, 53, umgestaltet, wie Büchmann, Gefl. Worte 164⁶ erklärt. Dagegen 594²³ soll Lothar I. (Kaiser, dann Mönch, 795-855) nach dem Zeugnis des Matthias Borbonius, Delitiae Poëtarum Germanorum, Frkf. 1612, 1, 685, das Wort geprägt haben „Omnia mutantur, nos et mutamur in illis“, „Alles ändert sich u. wir ändern uns mit“, das uns in der Form geläufig ist: «Tempora mutantur, nos et mutamur in illis». «Die Zeiten ändern sich und wir uns in ihnen».

¹⁰⁾ C. U.: ocyius.

¹¹⁾ Vgl. oben XXI: sacerdotum incudem.

¹²⁾ Anspielung auf Kaisers Karl V. Wort: „also wollen wir es han und also werdet ihr es halten“, s. Keim, Reformation d. Reichsst. Ulm 1851 S. 184. Das ganze aus Juvenal, Sat. 6, 223: Hoc volo, sic iubeo: sit pro ratione vo-luntas. Ebenso Luther an Link s. Hergenröther, Kirchengesch. III. 34. Ursprüngl. Interpunktions gelassen.

facultas. Dialectici etiam sanxerunt dominos esse in praedicamento relationis, utique ad servos. Quales itaque erunt domini, qui servos non solum non servant, sed adeo etiam supplantare cupiunt, ut prorsus exstinguant, vel irritos faciant, ne sciamus, qui sit servus, quisve sit dominus. In summa infoeliciter dominatur, qui subditos timore sui in tumultum agit, ubi semper bonorum conditio pessimos occupat; hujus rei justum praebet Hessus,¹³⁾ quem incurii dimittimus, non curantes, quam laeviuscula scintilla in stramineis tuguriis incendium inexstinguibile immittere potest. Novit Hessus Datiam, Sarmatas et Panoniam in suas parteis vindicare¹⁴⁾, ut habeamus aquilonem hostilem, a quo pandetur omne malum. Cur Helvetios¹⁵⁾ et complices suos spernimus, qui a meridie sannas in nostras phaleras jactitant.

Cur ab austro ingruentem Thurcae crudelitatem, quae in limine pulsat, et praeterito autumno¹⁶⁾ plus quam inhumaniter in nostrates saeviit, postponimus, qui solus omnem potentiam nostram, ut olim Hercules Antheum¹⁷⁾ in mediis ulnis inter coelum et terram pensilem reddere poterit. Occidens non caret suis aculeis. Umbilicus noster domesticis inimicis scatet, quod si ad perpendiculum expendimus, quomodo undiquaque septi simus ira¹⁸⁾ dei, nihil elato nostro capite proficimus quam securi, quae ad arboris radicem posita est, cervicem caeduam praebere. Haec mi Daniel in aureis tuas muss¹⁹⁾ plenius in gremium effusurus, si coram fas²⁰⁾ esset colloqui, sed in praesentia satis habes, quid de tua sententia boni ominer, quam nihil aliud quam a Phrygio ad Dorium occinere visus es. Vale.

XXV.

Wappenbrief Kaiser Karls V. für Daniel Mauch.

Augsburg, 1530, Oktober 26.

K. K. Haus-, Hof- und Staatsarchiv in Wien: K. 12 f. 197 v., 198 r.

Standeserhöhungssachen: Wappen ohne Lehen.

Arch. Vindob. I.

Copia facta.

Wir Karl..¹⁾ bekennen wiewol wir aus unser Kayserlichen

¹³⁾ Landgraf Philipp von Hessen, Haupt der Kriegspartei, gegen welche W. Rychard öfters auftritt, die Reformation auf dem Friedensweg verlangend: s. Keim, W. R. 338. Ausführlicher über den Landgraf ist Ep. 558 (XXIX).

¹⁴⁾ C. H.: vendicare.

¹⁵⁾ Ueber die kühle, fast feindselige Stellung Rychards zu Zwingli und seiner Richtung s. Keim, W. R. S. 369. Ueber die Ablehnung des Schweizer Bundes auf dem Biberacher Tag durch Bernhard Besserer von Ulm s. Keim, Schwäb. Reform. S. 138.

¹⁶⁾ Soliman vor Wien 26. Sept. 1529.

¹⁷⁾ Statt Antaeum Ἀνταῖος.

¹⁸⁾ C. U.: via.

¹⁹⁾ Ebenso oben XXI gegen Schluss.

²⁰⁾ C. H: phas.

¹⁾ Im ersten Schreiben des Bandes nimmt die Aufzählung aller Titel: Wir Karl der fünft von gotesgnaden Römischer Kayser zu allen zeiten merer des Reichs und König von Germanien, zu Castilien, zu Aragonien, zu Leon, Beyder Sicilien, zu Jerusalem, zu Hungarn, zu Dallmatien, zu Croaciens, zu Nauarra, etc. eine ganze Folioseite ein.

miltigkeit und angeborner guete, allezeit genaiget sein, unser und des hl. Reichs unterthanen unnd getrewen Ehrn nutz unnd bes-tes zu fürdern. Jedoch so haben wir in sonderheit guetlich an-gesehen und bemercht solch erbarkeit, redlichkait und vernunfft, darummen unns unnsrer unnd des Reichs lieber getrewer Daniel mauch beruembt wirdet. Auch des annemmen²⁾ getrewen unnd willigen Dienst, so er unns unnd dem hl. Reiche bisher getahn hat unnd hinfür zu künnftig Zeit noch wol tun mag unnd soll. Unnd haben wir darumb Demselben Daniel Mauch unnd seinem Eelichen Leibeserben diss nachgeschriben wappen unnd clainot so mit namen sein ein quartierter schildt, das hinnder unnder unnd das vorder ober weiss oder sylberfarb unnd das unnder vorder unnd das hinder ober Egg rot, und in dem weyssen zwayen jedem zwen schwartz Bilgerstab Andres Creuetz weisse ober einander, mit inen spitzigem Eysenfarben stiftten geschrenkt an den unndern unnd oberen Roten tayl, auch jeden besonnder auff einen abgesegkten strikh oben gelb mit seiner Rinden und zu hebn ert ein asst habend³⁾, weyssen trinckscherben, ynwenndig glesst mit seiner hanndhaben ein weysser oder syberfarbe tawb zum fluegtür sich steende unnd auf dem schilt ein helmb gezierrt mit einer weissen oder sylberfarben unnd schwartzem helmbdecken, darauff aus einem eingeteilten und vermischten Rosenkrantz, nem-bllich aussen an yedem Ort unnd zu mit ein weiss unnd darzwischen two Rot Rosen steend. Zway aufrechte unnd zu mitt abgetailten büffelhörner entspringend, Die muntlecher von einander kerend, Das vorder unnden schwartz unnd oben weyss und das hinder unnden weyss und oben schwartz und darzwischen auch ein weyss-e Tawb zum flueg wie im schilt geschickt. Wie die sein vor-dern gefuert und Er von Inen also ererbt hat, auch in mitt diess gegenwärtigen unnsres Kayserlichen Briefs gemalet unnd mit farben aigentlicher ausgestrichen sein, als Rö. Kayser gnediglich vernewet, confirmierrt und bestatt⁴⁾). Confirmiern, bestatten und geben Inen Dir auch also von newem unnd Rö. Kayserlich etc. . . . mit dem lehen Artickel die pen⁵⁾) XXX Mark=30 Mark lottigg gelds. Doch andern⁶⁾ Geben zu Augspurg am XXXI sten tag octobris Nach christi unnsres⁷⁾ 1500 unnd Im 30 sten, unseres Kaiserthums Im Zehenden unnd unnsrer Reich Im 15ten Jar⁸⁾). Carolus. Albertus Car. Mogun Ad mandatum Caesaris. Tax Pen duodecim archicancellarius Alexdr. Schweyss. Vt. Waltkirch.

²⁾ Angenehmen, acceptus.

³⁾ abgesegkt bis habend, auf dem Rand nachgetragen.

⁴⁾ bestatt = bestätigt.

⁵⁾ für etwaigen Wappendiebstahl Geldbusse, die pen, poena, zur Hälfte dem geschädigten, die andere für die Kaiserliche Kasse, vgl. unten XXXV.

⁶⁾ Doch andern sc. nicht zum Schaden.

⁷⁾ In einer ganz ausgeschriebenen Kopie heisst es: Nach Christi, unseres lieben Herrn Geburt.

⁸⁾ Karl V., seit 1516 als Karl I. König von Spanien, 22. Okt. 1520 erst zu Aachen gekrönt.

XXVI.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.

Augsburg, 1530, November 2.

Ep. Rych. No. CXVI.

I. I. t. I. p. 286 u. 287 (f. 97v 98v).

Clarissimo viro artium et medicinae doctori doctissimo Wolphango Rychardo domino et patrono mihi plurimum honorando.

Ulm a.e.

Non oblivione meae in te observantiae neque intermissione consuetudinis meae superioribus diebus nihil ad te scripsi, sed quod tam vehementer fui occupatus, ut spirare vix potuerim; quare occupationes meas accusabis et mihi ignoscas. Nihil est apud nos novi, nisi quod imperator¹⁾ civitatum suarum responsum vehementer est admiratus²⁾, quod ita ipsum perturbat, ut, quo se vertat, nesciat. Capitaneus generalis exercitus contra Thurcam comes palatinus Fridericus³⁾ electus est. De Zenone⁴⁾ tuo scire cuperem, an ex Italia rediisset, vel istic esset diutius permansurus. Si igitur tibi per occupationes licet, gratissimum erit, si perscripseris. De nostro discessu⁵⁾ nihil certi habeo, quicquid tamen futurum est, si fieri poterit, curabo, ut ex me plane scias. Bene vale ex Augusta scripta festinantisime 4 Non. Novemb. Anno 1530.

Verus tuus Daniel.

XXVII.

Daniel Mauch an Zeno Rychard in Padua.

Brixen 1531, Jan. 2 (resp. Febr. 2).

No. CXV.

I. I. t. I. p. 285 u. 286 (f. 97v).

S. P. Intellexi, charissime mi Zeno, a tuo patre¹⁾ te esse Paduae²⁾, quod mihi multum placet; habes enim multa, quae te ad virtutem allicant; et quanto omnia istic sunt meliora, tanto majus dedecus putabis te nihil deportasse et in cultiore ad nos redisse. Quare omnem malam, quam de te pater tuus habet, suspicionem virtute tua sibi adimere studeas; quae res tibi maximo usui erit, utrique autem voluptati, ipsumque quam facillime adduces, ut plus

¹⁾ Kaiser Karl V. auf dem Reichstag zu Augsburg 1530.²⁾ Ueber den Eindruck der Ablehnung d. Reichstagsabschieds v. 13. Okt. 1530. Aehnlich schreibt Luther an Hess 5. Dez., de Wette S. 200, s. Keim S. R. S. 222.³⁾ Pfalzgraf Friedrich, der auch die kaiserliche Eröffnungsrede im ugsburger Rathaus hielt, s. Keim, S. R. 161.⁴⁾ Nach Ep. Rych. 133 v. 14. Okt. 1530 ist Zeno in Venedig. Nach Ep. 115 v. 5. Jan. 1531 hat Mauch erfahren, dass er in Padua ist.⁵⁾ Der Kaiser zog am 23. Nov. 1530 ab, s. Keim S. R. 223, wohl bald darauf auch der päpstliche Legat; am 2. Jan. (?) 1531 schreibt Mauch bereits als Sekretär des Fürstbischofs Georg von Oesterreich aus Brixen, s. Ep. 115 = XXVII.¹⁾ Wohl als Antwort auf die Bitte in XXVI. Dies ist der einzige Brief ohne Adressangabe.²⁾ Zeno Rychard wollte nach Ep. 133. v. 14. Okt. 1530 von Venedig nach Padua oder Ferrara weiterreisen.

te amet, quam unquam antea te oderit³⁾). De me et rerum mearum statu multa coram te loquar. Reverendissimus enim et illustrissimus dominus meus⁴⁾ proxima, quam vocant, quadragesima Venetias ibit, inde fortasse Paduam⁵⁾; quo si etiam non perveniret, omnino curabo te videre. Scripsissem celerius, si per occupationes mihi licuisset. Scripsi tibi saepe ex Augusta⁶⁾, sed vereor literas tibi redditas non esse. Credo patrem tuum adhuc unas meas ad te habere, quas ab illo petere poteris et meum in te amorem perspicere. Bene vale ex Brixina 4 non. Januarij⁷⁾ Anno 1531.

XXVIII.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard (in Ulm).

Brixen, 1531, Febr. 3.

Ep. Rych. No. CXIV.

I. I, t. I, p. 283 u. 234 (f. 97r).

Clarissimo viro artium et medicinae doctori doctissimo Wolfgango Rychardo Domino¹⁾ mihi plurimum honorando.

Clarissime vir, doctor doctissime, ubi primum Brixinam²⁾ pervenimus, nunquam hucusque hinc inde ambulare destitimus; quae res fecit, ut neque ad te neque ad filium aliquid in hunc usque diem commode scribere potuerim. Quare mihi ignoscet, et occupationes meas in hac re accusabis. Scripsi heri³⁾ filio tuo, eo quod infra scripsi exemplo, et cum propediem (ut spero) ipsum videbo, nolui verbosior esse. Epistola, de qua mentionem facio, ea est, quam, antequam aegrotaret, ad eum scripsi et ad te misi. Si exte petet, ab Helena⁴⁾ mea sigillum accipe et signa, ne credat te legisse, et sibi mitte. Credo nihil obfuturum, si eam perlegerit. Si quid est, quod ei per me dici voles, fac mihi perscribas, ego nulla in re deero utriusque commoditati, atque utinam tantum adhortatio mea proficeret, quantum cupio⁵⁾). Helenam meam tibi commando, cui has litteras dabis. Sunt Augustae cursores, qui vel quotidie Venetias eunt et omnes huc perveniunt, ita ut quam

³⁾ Der Vater schrieb einmal, wenn es erlaubt gewesen wäre bei Gott und den Menschen, er hätte ihn im Zorn abgeschlachtet, wie ein Fleischer ein Stück Vieh, s. Keim, W. R. S. 371.

⁴⁾ Georg von Oesterreich, Fürstbischof von Brixen 1525—1539, dann von Valencia 1539—1544, und von Lüttich 1544—1557.

⁵⁾ Auch Mauch ist wie Zeno nach dem Zeugnis der Marburger Matrikel an der Universität Padua immatrikuliert, wahrscheinlich auf dieser neuen Italienreise. Nichts bei Kämmel, Die deutschen Besucher der Univ. Padua im Jahrhundert der Reformation in Fleckeisens Jahrbücher 19 (1873) S. 65 ff.

⁶⁾ Während des Reichstags Juni bis November.

⁷⁾ Vielleicht Februarii zu lesen nach XXVIII A 2.

¹⁾ C. U.: Dominum.

²⁾ Demnach wäre die Ankunft wohl noch im alten Jahr erfolgt, wenn der Brief an Zeno schon 2. Jan. geschrieben sein sollte.

³⁾ Wenn Ep. 113 dieses exemplum ist, wäre statt Januarii Februarii zu lesen, was auch wegen des : neque ad filium aliquid etc. anzunehmen ist.

⁴⁾ Die öfters erwähnte Tante Mauchs s. XVI, 10.

⁵⁾ rot unterstrichen im Cod. Hamb.: atque—cupio.

facillime ad me et si vis ad filium per ipsos scribere possis. Non potui in summis occupationibus pulchriores pingere litterarum figuram, quod pro tua humanitate boni consules⁶⁾. Ex Brixina 3 Non. Februarii A. 1531.

Tuus Daniel (Mauchus).

XXIX.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Brixen).

Ulm, 1534, Mai oder Juni.

Ep Rych. No. DLVIII.

1. IV, t. II. p. 701—703 (f. 297).

Wolfgangus Rychardus Danieli suo S. D. P. Propter rerum vicissitudinem Heraclitus¹⁾ silentio vitam transiens austerior fuisse, quam par esset, a nonnullis incusatus est. Quid etenim loqueretur, cum res ipsa in illo mutatur momento, de qua iam verba facit. Ego quoque in rebus gestis huius Lantgrauii bello²⁾ ferme Heracliti silentium amplexandum esse didici. Toties inter amicos, quae hodie recito, postridie recantare coactus fui, longe secus re se habente quam fama vulgaverat. Tam fallax est tenebrionum lingua, quae famam spargit. Fama enim ad hoc ex terra Gigantum parente extrema nata est, ne esset absoluta, sed monstri loco, cum in omnium rerum generatione matres tamquam effoetae in ultimo partu languescunt, primogenitis lege et natura privilegiis dotatis. Monstrosam autem famae conditionem Maro³⁾ laudat a contrario. Nam cum reliqua tempora et progressu attenuantur, haec crescit: „Fama malum, quo non velocius ullum, mobilitate viget, viresque acquirit eundo tam ficti⁴⁾ pravique tenax, quam nuncia veri“. Et cum nucleo tenus hosce Maronis versiculos introspicio, eam famae naturam comperio, quae suos nuntios tam vera quam facta baiulare faciat.

Sed cum ait Tullius: Quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis; et Aristoteles: quod ab his⁵⁾, quae insunt a natura, nec laudamus nec vituperamus, aequum est igitur, ut famam suum ius naturale exercere sinam, ne, dum contra naturam eius decertarem, cum Diis belligerari videar. Quae quamvis monstrum esse perhibetur (oportet autem in sacris negotiis scandala fieri)⁶⁾ ita famam monstrosam esse inter vulgi fabulam propter decorem universi.

⁶⁾ C. U.: Consulas. vgl. ähnlichen Schluss XXII.

¹⁾ Ueber Heraclits Schweigen ($\deltaι\alpha\tau\iota\sigma\omega\pi\alpha\ldots\delta\gamma\eta\mu\epsilon\zeta\lambda\alpha\lambda\eta\tau\epsilon$) s. Diogenes Laertios Vit. philos. IX, 8, ed. Tauchn., p. 1.6; über seine Geheimnistuerei und Orakelhaftigkeit, s. Zeller, Gesch. d. griech. Philos. I⁴. S. 570f. Rychard hat wohl des Schweigers Vereinsamung in Verbitterung und Menschenverachtung auch auf die Verhältnisse an seinem Lebensabend anwenden wollen.

²⁾ Bezieht sich auf des Landgrafen Philipp von Hessen Einfall in Württemberg, worüber ausführlicher unten XXX u. XXXI.

³⁾ Aen. 4, 174 und 175; 188; vgl. Ovid. Met. 12, 39 ff.

⁴⁾ C. H.: Victi.

⁵⁾ C. H.: hijs. C. U.: hiis.

⁶⁾ Vgl. Matth. 18, 7.

Quemadmodum cetera monstra peccata sunt natura, sunt tamen universi decor. Omnium rerum est oppositio⁷⁾). Si est frigidum, ergo est calidum; si curvum, ergo est rectum. Sunt, quibus maxime delicatae sunt aures, ut in auribus habeant animum, qui nihil audire volunt, quod aures⁸⁾ non titillat, apud quos nullum expectandum opiparum⁹⁾ prandiolum, nisi mendaciolo quoipam pro auribus eorum concinnato susurraveris. Id dum ego iam¹⁰⁾ operae precium esse didici, imperavi mihi cum Terentiano¹¹⁾ Gnathone,¹²⁾ per omnia assentari, novasque vulgi fabulas adornare studebo, non tamen omnino falsas, ne limites huius versiculi transsiliam¹³⁾: „Et nequit ex nihilo volucris consurgere fama, atque aliquid veri fabula quoque¹⁴⁾ tenet“. Redeo, unde sum degressus¹⁵⁾). Profectus est Landgravius¹⁶⁾ cum exercitu ad occupandum Ducatum Wirtenbergensem; id quod regi Ferdinando et antiquae religionis antistibus acerbius fuit aceto.

Accesserunt adulatores nidorem culinae sequentes. Landgravii ausum temerarium fore adserentes non suppeteret pecunias, sine quibus belli nervus paralyticus¹⁷⁾ esse soleat; milites discordare, falseque esse persuasos, non contra Caesarem, sed contra ana-baptistas¹⁸⁾ Monasterienses¹⁹⁾ esse conductos, nec esse iustum Landgravii copiam, vix militare quatuor aut²⁰⁾ quinque legionibus, sed regios milites numero ac virtute esse longe superiores, equites sesquimillenos²¹⁾ iam in promptu²²⁾, propediem ex Carinthia, Bohemia, Italia Schradiotas²³⁾ quindecim myriades²⁴⁾ suppetias laturas. Quae dum omnia falsa et ad aures Praelatorum et Papistarum fabrefacta, secus se habuerunt. Landgravius²⁵⁾ inopinato Wirtenbergae limites ingressus unico conflictu²⁶⁾ regium exercitum profugavit, victoriam obtinuit et vulgi suffragium: vivat, qui vincit. Haec sunt mendacis famae trophyea; valeant susurrones et assentatores, valeant delicatae aures magnatum, quibus adeo suave est aures recreare, ut

⁷⁾ C. H.: oppositum.

⁸⁾ C. H.: aureis vgl. XXIV.

⁹⁾ C. H.: oppiparum.

¹⁰⁾ C. H.: iam iam.

¹¹⁾ C. H.: Therentiano.

¹²⁾ Der Schmarotzer in Terenz' Eunuchus, zitiert schon von Cicero, Laelius 93.

¹³⁾ C. H.: transileam.

¹⁴⁾ C. H.: qu[a]jeque.

¹⁵⁾ C. H.: digressus.

¹⁶⁾ C. H.: Landgrafius.

¹⁷⁾ C. H.: paraliticus.

¹⁸⁾ C. H.: Mustrenses. C. U.: Anti baptistas.

¹⁹⁾ Vgl. L. Keller, Geschichte der Wiedertäufer und ihres Reichs in Münster 1880.

²⁰⁾ C. H.: uti.

²¹⁾ C. H.: sequimillenos.

²²⁾ C. H.: promptu.

²³⁾ C. U: fügt in Klammer bei Stratiotas. Stradioten hiessen die meist albanesischen Soldaten in den Heeren der italienischen Condottieri.

²⁴⁾ C. H.: miryades.

²⁵⁾ C. H.: Lautgraphius.

²⁶⁾ Schlacht bei Lauffen, 13. Mai 1534.

nemo ausit mussare, nisi quae placeant, et quae male sonant de Landgravio²⁷⁾). Aulica pestis²⁸⁾ in tantum apud eos invaluit et dementavit, ne possint attendere periculum, quae oculitus vident. Quid multis? Istam cladem, quam Landgravius nostrae patriae intulit, nulli praeterquam famae pro nostris auribus conflictae acceptam feramus, et ignominiam, quam in hoc bello regius gigas²⁹⁾ Ferdinandus audire cogitur; unde post haec magis in dormientium quam vigilantium catalogo numerandus erit. Vale ex Ulma Anno MDXXXIII.

XXX.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.

Löwen, 1536, Febr. 24.

Ep. Rych. Nr. CCCLXXXIV.

1. IV. t. II. p. 385—389 (f. 221v 222v).

Daniel Mauchius excellentissimo artium et medicinae doctori Wolfgango Rychardo Ulmensium archiatro domino suo plurimum honorando — S. D. P.

Excellentissime domine doctor, domine mihi honorande semper, diu jam cupivi scire, quid vobiscum ageretur, verum nemo quicquam ad me scribit. Domino Remo¹⁾ misi volumina, sed ipse nihil remittit. Ut autem scias, quomodo literae ad me pervenire possint; cura, ut habeat postarum magister²⁾ Augustae, qui mittet socio suo, qui est Bruxellae, is porro huc mihi libenter et certo transmittet, atque ut minus invitus mihi de rebus vestratis perscribas, pauca quaedam de nostratis tibi subnotabo. De Angliae³⁾ et Galliae⁴⁾ regibus puto vobiscum antiquatum esse, nempe quomodo hic in Lutheranos, alter in Papistas sine discrimine saeviunt; hic divites omnes, ille probissimos quosque mactari jubent. De adulterio etiam Angli et legitimae uxoris morte⁵⁾, de imperfecta uxore regis Sueciae⁶⁾, regeque etiam ipso trucidato puto te audivisse.

²⁷⁾ C. H.: Lantgravio.

²⁸⁾ Vgl. oben über den päpstlichen Hof aula, sentina Protheorum XII.

²⁹⁾ C. H.: gygas.

¹⁾ Von Egidius Rem ein ganz undatierter Brief an W. R. (Ep. Rych. 415) u. Ep. 502 v. 30. Mai 1513 aus Augsburg mit des Erasmus Encomion Stultitia. Wolfgang Andreas Rem, der gelehrte Propst an St. Moritz in Augsburg, s. G. Khellner a. Zinnendorf, vita et mors W. A. Rhaemii a. Kötz Ingolstadt 1589. Ein ungedruckter Brief von ihm an den Jesuiten Claudius Jajus (Le Jay s. Duhr, Gesch. d. Jesuiten in Deutschland I 16 ff und 46 ff) in Innsbr. Z. f. k. Theol. 23 (1908) S. 610 ff.

²⁾ Ueber die Fugger (Fuckari) s. oben XI; hier ist aber offenbar die 1504 von König Philipp von Spanien und Kaiser Maximilian I. errichtete Taxissche Postverbindung zwischen Brüssel und Wien gemeint.

³⁾ Heinrich VIII. (1509—1547). s. XXXI.

⁴⁾ Franz I (1515—1547).

⁵⁾ Katharina von Aragonien starb 8. Januar 1536.

⁶⁾ C. H.: Suetiae. Gustav Wasa führte nach dem Sieg Christians II. von Dänemark bei Bogesund 1520, wo König Sture von Schweden tödlich verwundet wurde, die Reformation nicht ohne Gewalt ein, seit 1523 als König anerkannt (gest. 1560). Mauchs Bericht scheint nicht authentisch zu sein. 1533 war Christian, König von Dänemark und auch eine Zeit lang von Schweden, gestorben.

De Caesare omnia tibi notiora sunt, quam nobis. Bellum in his regionibus puto vos subolere. Landgravum Hassiae Cardinali Leodiensi⁷⁾ bellum indixisse non ignoratis. Gallum junctis anglicis Geldrensisbus⁸⁾ et Lotharingicis copiis in has regiones velle irrumpere constans est hic fama. De bello autem in Italia⁹⁾ non scio, an vobis constant omnia; nam maximum futurum est et horribilissimum. Bavarii apud nos pessime audiunt, quid moliantur, scis. Galliae rex habet 16'000 Helvetiorum et 6000 Landsknechtorum, quos aliter latine nominare nescio, nisi nebulones et fidefragos veriori nomine appellare voles.

Landgravus omnes secum habet, quorum opera in Württembergae expugnatione usus est¹⁰⁾, quos numerata illis prius pecunia juramento adstrinxit, ut nemini serviant, quam sibi, rumorque est ipsum habere excellentissimos equites et maximo numero. Missi sunt ad illum Joannes comes de Montfort et alias hujus provinciae comes de Rovenberga¹¹⁾ cum Hotschalco¹²⁾ Erico legati et sperant illum adducere, ut prae omnibus serviat Caesareae Majestati.

Ex his pro tua prudentia reliqua considerabis. Studia mea recte procedunt et in eum perducta sunt locum, ut statim huc redeunte domino (quem ad festum Pentecostes¹³⁾ hic exspecto) possim lauream capere, juris consultulus fieri atque honoratior esse quam ante hunc diem unquam.

Tu interim foelicissime Vale: filium tuum saluta et ad me scribe. Datum Lovanii ipso die Matthiae, quo hic dicebant Romam intrasse Caesarem anno 1536.

XXXI.

Daniel Mauch an Zeno Rychard in Judenburg.
Löwen, 1536, Juli 25.

Ep. Rych. No. CCCCXXIII¹⁾)

1. IV, t. II. p. 474—477 (f. 237 v).

Doctissimo artium et medicinae doctori Zenoni Rychardo

⁷⁾ Cardinalis Leodiensis kann nach Eubel-Guliks eben erschienener Hierarchia catholica III (1910) p. 19 nur sein: Eberardus de Marca, Eberhard von der Mark, Bischof von Chartres (Carnutum) 1507—1525, und von Lüttich 1506—1530, auf Bitten Karls V, am 9. Aug. 1520 zum Kardinal ernannt, gest. 27. Febr. 1538. Coadjutor des alternden Bischofs war Cornel van Berghen 1522—1544, dessen Nachfolger wurde dann unseres Mauchs Herr Georg von Österreich, der wiederum als Coadjutor Robert van Berghen 25. Juni 1554 erhielt, resign. 1563, gest. 1565.

⁸⁾ Die Anfänge des Geldrischen Erbfolgekrieges zwischen Karl V. und Herzog Wilhelm von Jülich, der mit Frankreich und England sich verbündete, um nach dem Tode Karls von Geldern das Land an sich zu bringen.

⁹⁾ Krieg zwischen Franz I. von Frankreich und Karl V. wegen Belehnung Mailands nach dem Tod Sforzas (1535).

¹⁰⁾ Vgl. oben XXIX und unten XXXI.

¹¹⁾ C.U: Rovenberga, Ueber J. v. Montfort vgl. Vanotti, Geschichte der Grafen v. Montfort u. Werdenberg. 1845, S. 149 f.

¹²⁾ C.H: Hotschalco.

¹³⁾ C.U: penthecostes.

¹⁾ Im Original, Cod. Hamb. fälschlich CCCXXXIII.

Domino et amico charissimo Judenburgi Daniel Mauch episcopi Brixinensis secretarius S. P. Doctissime doctor, domine et amice charissime, superioribus diebus a patre tuo accepi literas, in quibus honestissimam de te fecit mentionem²⁾ videturque te plusquam unquam antea diligere³⁾). Olim nescio, quare durior videbatur; ego vero tuas partes fovi, favique tibi plurimum, gaudeo nunc me verum vatem⁴⁾ fuisse, tu illum diligenter observes summoque et quo decet honore prosequere, ipse te, ut spero, nunquam deseret atque in omnibus adjuvabit. Scripsissest tibi jamdudum, sed ubi esses, ignorabam. De me vero, si scire cupis, adhuc sum episcopi Brixinensis⁵⁾ secretarius. Is me pro utroque jure perdiscendo⁶⁾ huc destinavit, qua ex re majori sibi usui fore me sperat. Ego hanc occasionem laetissimus arripi speroque meis amicis omnibus usui olim fore et voluptati. Interim tecum si quam optime ageretur, vehementer gauderem. Tu me tuum semper fore confidas. Nihil apud nos est novi, nisi quod Anglorum rex⁷⁾ uxorem suam, sororem Caesaris, repudiavit atque concubinam in uxorem duxit, et antiquam reginam ad comitissae statum humiliavit, concubinam autem reginam fecit, et qui cum semel verecundiae fines depositus, naviter oporteat esse impudentem, Lutheranus factus est et mirifice in clerum saevit et episcopos et monachos interficit⁸⁾). Ajunt ipsum cum Luthero in gratiam rediisse. Quae omnia concubinae illi perpetuo debemus, quae regem non minus Salomone sapientem et omnium regum et principum facile doctissimum ita excaecavit, ut nihil ipsum puderet⁹⁾, magisque furere quam vivere videretur. De Duce Wirtembergensi puto iam iam¹⁰⁾ audivisse omnia¹¹⁾. Nos hic adhuc bene vivimus, multa tamen metuimus. Ferunt hic ad decimum quartum diem Julii maximum Spirae fuisse terrae motum¹²⁾ et proximis his diebus Erasmus Roterodamum¹³⁾ excessisse e vivis.

²⁾ Jedenfalls also nicht XXIX, sondern ein verloren gegangener Brief.

³⁾ Vgl. oben XXVII.

⁴⁾ Anspielung auf seinen Prophetennamen, ähnlich schon 1523, s. oben XI.

⁵⁾ Georg von Oesterreich, Fürstbischof von Brixen, erwählt am 12. Okt. 1525, resignierte 18. Januar 1539, s. Gams, Series Episcoporum S. 265.

⁶⁾ Als Doctor utriusque Juris schreibt Mauch bereits 1536 s. unten XXXII, vgl. XXXV – XXXVII.

⁷⁾ König Heinrich VIII., dessen erste Gattin Katharina von Aragonien, eine Tante Karls V., nicht Schwester war; die Ehe mit Anna Boleyn wurde Anfangs 1533 heimlich geschlossen.

⁸⁾ Bischof John Fisher von Rochester und Kanzler Thomas Morus.

⁹⁾ C. U. : ipsa studeret.

¹⁰⁾ C. U.: jam.

¹¹⁾ Siehe oben XXIX über die Zurückführung Ulrichs und den Sieg Philipps von Hessen.

¹²⁾ Einen eigentlichen Erdbebenbrief aus dem Rychardschen Epistolar habe ich veröffentlicht in „Mitteil. z. Gesch. d. Medizin u. Naturwissensch.“ 10 (1911) Nr. 1, S. 8 ff.: „Ein Erdbeben in Süddeutschland in der Weihnachtsoktav 1523“ (Ep. Rych. 239 aus Cod. Hamb. 1157).

¹³⁾ 12. Juli 1536 starb Erasmus, weshalb das Datum der Handschrift 1534 falsch sein muss.

Tu bene vale, meque, cum per ocium licuerit, literis tuis¹⁴⁾ invisas.
Datum Lovanii octavo Calendas Augusti Anno 1534 (resp. 1536).

XXXII.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.
Brixen, 1536, August 5.

Ep. Rych. No. CCCCXX

— I IV, t. II. p. 467—469 (f 236 v).

Praestantissimo artium et medicinae doctori Wolfgango Rychardo Ulmensium archiatro, domino et amico honorando Daniel Mauch J. U. Doct. Praestantissime Domine Doctor S.¹⁾ Nunquam ita Deus me feliciter²⁾ respexit, quam modo. Nam cum ad dominum meum³⁾ propero, in illum a Caesare redeuntem Mediolani incidi. Qui mihi quinquaginta coronatos aureos pro doctoratus impensa liberalissimo deno dedit. Statim igitur ivi Papiam, ibique cunctis suffragiis cumque honore maximo I. U. doctor factus sum, et doctissimus ille Andreas Alciatus juris consultorum eloquentissimus, eloquentium juris consultissimus, insignia mihi in magna corona contulit et pulcherrimam orationem in laudem habuit⁴⁾. Gratus principi, speroque Saturnum ipsum mihi fore amicum, res meas in pessimo loco jam fuisse, et fortunam gravidam esse, quae in meam salutem propediem aliquid sit paritura. Haec tibi tanquam omnium amicissimo, ut mecum gauderes, nota esse volui. Interim me tuum esse semperque fore tibi de me persuade. De Caesare adhuc nihil certi habemus. Si quid intellexero, diligenter tibi perscribam. Vale interim felicissime ex Brixina nonas Augusti a. 1536.

In singulos dies hic transeunt Augustenses nuntii, qui vadunt Venetas, per illos commodissime poteris ad me, si quid voles, aut mittere aut scribere.

XXXIII.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard (in Ulm).

Günzburg, 1538, Mai 28.

Ep. Rych. No. CCCXCIV

— I IV, t. II. p. 423—425 (f. 228).

Clarissimo artium et medicinae doctori domino Wolfgango Rychardo domino et amico honorando Daniel Mauchius, Iu. Doct. S. P. Cum per dispositos equos in reverendissimi principis et do-

¹⁴⁾ literis tuis fehlt C. U.

¹⁾ Das blosse Salutem folgt hier erst nach der Anrede.

²⁾ C. H.: foeliciter.

³⁾ Der Brixener Fürstbischof Georg von Oesterreich.

⁴⁾ Den Doctoratus apex erwähnt das kaiserliche Dokument s. unten XXXV.

mini mei negotiis hoc¹⁾ iter fecisse, continere me non possum, quin veteres patronos et amicos meos saltem salutarem. Vix autem impetravi a conductore²⁾, ut paululum expectaret, quare cum nec mihi, nec omnibus satisfacere potuerim, te inter omnes elegi, cui, quae singulis separatim indicare decreveram, significarem soli. Reverendissimus princeps meus archiepiscopus Valentinus³⁾ (qua a m. ajunt totius Hispaniae regionem optimam et amoenissimam) nuperrime a Caesare designatus est, ob eam rem annunciandam et alia nonnulla negotia per dispositos equos Brixiam me mittit⁴⁾, ubi mense uno aut septimanis sex permanebo; gratissimum autem mihi feceris, si de rebus vestratibus aliquid ad me scripseris. In inferiori Germania nihil habemus novi, praetequam quod induciae⁵⁾ cum Gallo ultimo hujus mensis die terminabuntur et miles⁶⁾ nullus est conscriptus nomine Caesaris, Gallorum autem dux multos jam collectos habet et diebus singulis colligit adhuc plures. Wirtembergenses se ducis⁷⁾ nimia exactione graviter queruntur, aliud fere in hoc tempore novi nihil habemus. Ex Brixina diligentius scribam⁸⁾. Jam me ter vocavit veredarius: est igitur praeparandum. Oro igitur plurimum, ut haec omnia D. Joanni Henrico Neithart, Erasmo Rauchschnabel et Kaspari Gelb⁹⁾ indices, quos etiam verbis meis plurimum salutabis; uterque meus parens recte valet, et quod mihi mirificissimum est, summa est inter eos concordia. Doctorem Zenonem¹⁰⁾ cupio salutari plurimum. Dat. Guntzburg vicesima tertia Maji anno 1538.

XXXIV.

König Ferdinand I. verleiht Dr. Daniel Mauch (in Brixen) den Titel Königlicher Rat.

Wien, 1538, November 7.

K. K. Haus- Hof und Staatsarchiv in Wien:

Privilegia Ferdinandi Regis 1538—1543 H 4 f 52v, 53r (Arch. Vindob. II).

Consiliaratus pro Daniele Mauch.

Ferdinandus Rex honorabili fideli nobis dilecto Danieli Mauch J. V. Doctori gratiam nostram Regiam et omne bonum. Singularis

¹⁾ C. U. und C. H.: hac; C. U: Wofgano.

²⁾ Postillon, unten veredarius.

³⁾ Georg von Oesterreich, Fürstbischof von Brixen, schon vor seiner eigentlichen Resignation (18. Januar 1539) zum Erzbischof von Valencia designiert, wo er bereits am 12. Januar 1539 eintraf (Gams, Series Episcop. S. 88).

⁴⁾ Aus den Niederlanden, wo sich Georg von Oesterreich schon länger mit seinem Sekretär aufhielt.

⁵⁾ Der Waffenstillstand von Monzon v. 16. Nov. 1537 zwischen Karl V. und Franz I. der 31. Mai 1538 wirklich abließ s. Pastor, Gesch. d. Päpste V. 194 ff.

⁶⁾ In beiden Hs: milles.

⁷⁾ Herzogs Ulrich von Württemberg, s. XXX. und XXXI.

⁸⁾ Im Briefcodex von Hamburg-Ulm nicht überliefert.

⁹⁾ Bereits oben XVIII. genannt.

¹⁰⁾ Zeno Rychard ist Arzt in Judenburg, s. XXXI.

animi tui modestia, morum viteque probitas, nec non luculenta fidei tue in nos et inclytam Austrie nostre Domum¹⁾ testimonia nos inducunt, ut te clariore titulo et honore ampliore exornandum a nobis merito esse censeamus. Cum enim Regiam liberalitatem nulli prorsus, qui bene sit meritus, clausam esse oporteat, in eos certe multo debet esse effusior, quorum rerum gerendarum dexteritas honestaque studia imposterum quoque maximo sunt usui futura. Idcirco te prefatum Danielem Mauch non minus propter virtutum tuarum merita, quam qui alijs etiam exemplo esse possis, animo deliberato et ex certa scientia Consiliarium nostrum creamus, deputamus et ordinamus, Ceterorumque Consiliariorum nostrorum consortio gratiouse adscribimus, decernentes et presenti edicto nostro Regio statuentes, quod tu ex hoc tempore in futurum, omnibus privilegijs, iuribus, immunitatibus, prerogativis, honoribus, emolumentis, consuetudinibus et libertatibus frui et gaudere possis, quibus ceteri consiliarij nostri utuntur, fruuntur et gaudent; seu quomodolibet frui possint consuetudine vel de iure. Mandantes et firmissime precipientes universis singulis Proceribus, Prelatis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, officialibus, Ministris et Aulicis nostris, quacumque dignitate, ordine, gradu et conditione existant, nec non quibuscumque alijs subditis et subiectis nostris, ubicumque locorum fuerint, ut te prenominatum Danielem pro Consiliario nostro habeant, teneant, nominent, reputent et honorent ac insuper prefatis omnibus et singulis privilegijs, iuribus, immunitatibus, prerogativis, honoribus, emolumentis, consuetudinibus et libertatibus uti, frui, gaudere ac potiri sinant et permittant, quibus ceteri Consiliarij nostri utuntur, fruuntur, gaudent et potiuntur quomodolibet consuetudine vel de iure, in quantum indignationem nostram gravissimam evitare voluerint. Harum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum Viennae die VII Novembris MDXXXVIII²⁾.

XXXV.

Karl V. verleiht Dr. Daniel Mauch die Würde eines
comes Palatinus.

Brüssel, 1556, Januar 14.

Wiener K. K. Haus, Hof- und Staatsarchiv: Caroli V. ti Privilegia et Investiturae de annis 1548, 1553, 1556, XX.f. 13v — 16v.¹⁾ (Arch. Vindob. III.)

Carolus . . . honorabili et docto nostro et Imperii sacri fidei dilecto Danieli Mauch iuris utriusque doctori, sacri Lateranensis

¹⁾ Wohl hauptsächlich zum Dank für seine Dienste als Sekretär des Erzherzogs Georg von Oesterreich, Bischofs von Brixen, Valencia und Lüttich.

²⁾ Dieses Ratsdiplom wurde später von Kaiser Ferdinand I. erneuert: Innovatio Consiliariatus pro Doctore Daniele Mauch: Concepta Latinae expeditionis 1561—1564 XXIX. f. 174, Nr. 47. Das Konzept zu diesem Privilegium findet sich nach dem Konzept der Erneuerungsurkunde in dem Band unten f. 175.

¹⁾ In dem Hauptband XXIX. Privilegia et Investiturae 1549—1546 findet sich Mauchs Diplom nicht.

Palatij aulaeque nostrae Caesareae et Imperialis consistorii comiti gratiam nostram Caesaream et omne bonum. Quum satis constet maiores nostros Romanorum Imperatores et Reges Augustae memoriae non eos solum favore honorumque genere prosecutos esse, qui foris rem fortiter gesserunt hostesque strenue debellarint; verum etiam illos, qui domi tranquille quieteque rem publicam administraverint eique consilio industria et eruditione sua profuerint, quippe qui viderent in his quandoque laudem bellicam inesse posse, qui nullo fere ingenio praediti essent, rei publicae vero habena non nisi approbatis laudatisque viris recte administrari, quantoque animus praestantior corpore est, tanto bona consilia subinde fortiter factis praestare, nos vero, quibus laudata maiorum vestigia sequi magnae semper curae fuit, hanc quoque partem ab illis veluti per manus traditam minime negligendam rati atque animadvententes in primis te Danielem Mauch ab ineunte aetate bonarum literarum studio haud infaelicem operam impendisse atque inter alia liberalia studia praecipue animum ad ius Canonicum et Civile applicuisse²⁾ atque assiduo studio, vigilantia et labore huc promovisse, ut doctoratus³⁾ apicem consecutus ad publica munera nimisrum a quondam Reverendissimo in Christo patre domino Alberto Marchione Brandenburgense S. R. E. Cardinale et Archiepiscopo Moguntino . . . in consiliarium ascitus in eoque munere non sine commendatione ac laude virtutis ac integritatis tuae per plures annos versatus sis⁴⁾), necnon grata et fidelia obsequia, quae nobis a sacro Romano Imperio varijs in rebus praestitisti ac in posterum praestare poteris ac debebis, dignum te iudicavimus, quem peculiari aliquo meae munificentiae dono condecoraremus. Motu igitur proprio ex certa nostra scientia, animo deliberato, sano quoque principum, Comitum,

²⁾ Studium der Rechte in Löwen seit 1536 als Sekretär des Bischofs von Brixen nach XXXI.

³⁾ In Pavia 1536 nach XXXII.

⁴⁾ Albrecht von Brandenburg, Erzbischof von Mainz, ernannte Mauch zum „Mainzischen Rat“, welchen Titel er im Wormser Domstiftsprotokoll von 1544 führt (Falk I, S. 34). Mainzischer Legat war der Wormser Domherr auf dem Wormser Religionsgespräch 1557 (s. Falk II, S. 53 und oben G.). Falk vermutet, es sei blosser Ehrentitel, er müsste denn nur nach Niederlegung seines Dienstes in Speyer in mainzische Dienste getreten sein (I, S. 34, A. 1). Durch unsere Urkunde wird dieses bestätigt, jedoch scheint bis jetzt für einen mehrjährigen Dienst am Mainzer Kurfürstenhof im Leben Mauchs kein Raum frei zu sein, vielleicht ist mit obigen Worten die Tätigkeit Mauchs als Agent der Mainzer Kurie am Reichskammergericht gemeint und dafür die Auszeichnung verliehen worden, ähnlich wie für Naumburg, s. Gulik S. 69. Auf der Mainzer Hochschule war Mauch inscirierte laut Marburger Matrikel, wie viele Schwaben, vgl. Roth in Württbg. Viertelj. 9 (1909) S. 292 ff; über den Mainzer Humanismus s. Bauch in Beiträge z. G. d. Univ. Mainz. Giessen h. v. Dietrich u. Bader, 1907, 1–87. Schon frühere Beziehungen Mauchs zu Mainz sind bezeugt. Die Angelegenheit des Mainzer Domdekans Lorenz Truchsess von Pomersfelden hat Mauch einem Brief an Nausea aus Worms 4. Mai 1530 seinem Herrn, Kardinal Campeggio, mitgeteilt. s. Falk I, S. 30, vgl. Katholik 1886 I, S. 652, Archiv f. Unterfranken 9, 25 u. jetzt ausführlicher: Katholik 86 (1906) S. 22 ff.

Baronum, Procerum ac aliorum nostrorum et Imperij sacri fidelium dilectorum accidente consilio et de nostrae Caesareae potestatis plenitudine te praenominatum Daniel Mauch Sacri Lateranensis Palatij aulaeque nostrae Caesareae et Imperialis Consistorij Comitem fecimus, creavimus, ereximus et Comitatus Palatini titulo clementer insignivimus, prout tenore praesentium facimus, creamus, erigimus, attollimus et insignimus, aliorum Comitum Palatinorum nostrorum et consortio grataanter aggregamus et adscribimus, Decernentes et hoc Imperiali statuentes edicto, quod ex nunc in antea, omnibus et singulis privilegijs, gratijs, iuribus, immunitatibus, honoribus, exemptionibus et libertatibus uti, frui et gaudere possis ac valeas, quibus caeteri sacri Lateranensis Palatij Comites hactenus potiti sunt seu quomodo libet potiuntur consuetudine vel de iure, DANTES et concedentes tibi praefato Danieli Mauch amplam potestatem et facultatem, qua possis et valeas per totum Romanum Imperium et ubique terrarum facere et creare . . .

Es folgt nun in weitschweifigem, an Wiederholungen reichem Kanzleistil die Aufzählung der einzelnen mit dem Palatinat verliehenen Vollmachten, wie die Bestellung von publici notarii seu tabelliones und iudices ordinarii, die Legitimierung unehelicher Kinder (auf $1\frac{1}{2}$ Folioseiten!), Adoption und Vormundschaft und besonders das Recht der Ernennung von jährlich zwei Doktoren oder Lizentiaten in beiderlei Ius, Theologie und Medizin und ebensovieler poëtae laureati, Magistri und Baccalaurei artium, deren Promotion vorgenommen werden darf unter Beiziehung von drei Doktoren derselben Fakultät nach rigor examinis⁵⁾). Die insignia Doctoralia werden den für würdig Befundenen verliehen im Namen des Kaisers in gleicher Weise wie an den Studia generalia, mit der gleichen Befugnis wie den Graduierten in Bologna, Padua, Paris, Pisa, Siena, Löwen, Ingolstadt und anderen privilegierten öffentlichen Gymnasien. Jede Schädigung des Privilegs wird mit 40 Mark puren Golds bestraft, wovon die eine Hälfte dem Fiskus, die andere den Geschädigten zufällt⁶⁾.

Datum in oppido nostro Bruxellensi Ducatus Brabantiae die decima quarta mensis Januarij anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto. Imperij nostri trigesimo sexto et Regnorum nostrorum quadragesimo⁷⁾.

Carolus.

⁵⁾ Die tatsächliche Ausübung dieses merkwürdigen Promotionsrechts durch Mauch zugunsten Wizels im kaiserlichen Auftrag, s. oben G.

⁶⁾ Meist werden Taxen von 20—40 Goldgulden erhoben.

⁷⁾ Im gleichen Jahr erhielten das Palatinat: Joannes Petrus de Cloetsingen, Curtius Rocculinus amanuensis Mj. Caes. auch frei von Taxe, aber ohne Doktorat; Palatinatus communis et simplex Gulielmus Böcklin, propos. Magdeburg (in bona forma), der bekannte Stifter der Böcklinkapelle im Freiburger Münster, wo sein Grabmal steht (gest. 1585), Octavius Landus, Hoembel et Curtius Martimengi fratres.

Ad mandatum Caesareae et Catholicae Majestatis proprium
Pfintzing. V. t. Perrenot Seld⁸⁾.

Gratis quia olim pro amanuensi Cancellariae Imperialis.

XXXVI.

Confirmatio Palatinatus pro Doctore
Daniele Mauch durch Kaiser Ferdinand I.
Augsburg, 1559, Mai 10.

Registratura Imperialis privilegiorum et confirmationum aliorumque id genus rescriptorum, quae expeditae fuerunt annis 1557 — 1564. Band XII, f 77^r — 80^v. Arch. Vindob. IV (F.).

Ferdinandus... Honorabili Docto nostro Imperij sacri fidelis, dilecto Danieli Mauch J. V. Doctori, sacri Lateranensis Palatij aulaeque nostrae Caesareae et Imperialis Consistorij Comiti gratiam nostram Caesaream et omne bonum. Quum satis constet maiores nostros Romanorum Imperatores et Reges Augustae memoriae non eos solum favore honorumque genere prosecutos esse, qui foris rem fortiter gesserint hostesque strenue debellarint; verum etiam illos, qui domi tranquille quieteque rempublicam administraverint, eique consilio, industria et auditione sua profuerint: quippe qui viderent in his quandoque laudem bellicam inesse posse, qui nullo fere ingenio praediti essent, Reipublicae vero habenas non nisi approbatis laudatisque viris recte administrari, quantoque animus praestantior corpore est, tanto bona consilia subinde fortiter factis praestare: nos vero, quibus laudata maiorum vestigia sequi magnae semper curae fuit, hanc quoque partem ab illis veluti per manus traditam minime negligendam rati, atque animadvertisentes in primis te Danielem Mauch ab ineunte aetate bonarum literarum studijs haud infoelicem operam impendisse atque inter alia liberalia studia praecepit animum ad ius Canonicum et Civile applicuisse atque assiduo studio, vigilantia et labore huc promovisse, ut Doctoratus apicem consecutus ad publica munera nimirum a quondam Reverendissimo in Christo patre Domino Alberto Marchione Brandenburgense etc. S. R. E. Cardinale et archiepiscopo Moguntino in Consiliarium ascitus¹⁾, in eoque munere non sine commendatione ac laude virtutis ac integratatis tuae per plures annos versatus sis²⁾, ac demum a divo quondam Carolo quinto Romanorum Imperatore augustae memoriae, fratre ac Domino nostro charissimo, merueris sacri Lateranensis palatij aulaeque Caesareae et Imperialis consistorij Comes fieri, creari, erigi, et Comitatus palatini titulo clementer insigniri, aliorumque Comitum palatinorum numero et consortio aggregari

⁸⁾ Georg Sigismund Seld, Vizekanzler (1516—1565), wird in einem Brief Mauchs an Bischof Julius Pflug von Naumburg 13. August 1553 genannt, s. Gulik S. 77.

¹⁾ s. oben XXXV A. 4.

²⁾ Die Einleitung der Urkunde stimmt wörtlich mit XXXV bis versatus sis überein, desgleichen die Vollmachtserteilung.

et adscribi³⁾). Ita quod haberes amplam potestatem et facultatem per totum Romanum Imperium creandi notarios, legitimandi liberos naturales seu nothos, dandi ac confirmandi tutores et curatores, adoptandi, arrogandi et emancipandi quoscumque filios, veniam aetatis concedendi, minores item ecclesias ac communitates in integrum restituendi nec non quo libet anno duos Doctores vel Licien-tiatos, poetas Laureatos, Magistros et Baccalaureos artium creandi, prout hae facultates omnes in privilegio paelibati quondam divi fratris nostri latius continentur, quod datum est in oppido Bruxellis Ducatus Brabantiae die decima quarta mensis Januarij anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto. Non potuimus equidem intermittere, quin nos quoque tibi egregio aliquo argumento nostram Caesaream beneficentiam declaremus, qua te propter memoratas tuas virtutes grataque et fidelia obsequia, quae paelafato quondam divo fratri nostro, nobis et sacro Romano Imperio varijs in rebus paelitisti ac in posterum paelastare poteris ac debebis, prosequimur ITAQUE motu proprio ex certa nostra scientia, animo deliberato, sano quoque accidente consilio et de nostrae Caesareae potestatis plenitudine tibi antedicto Danieli Mauch paelatum privilegium Palatinatus a paelafato quondam divo Carolo quinto concessum in omnibus eius articulis sententiis ac verborum expressionibus clementer confirmavimus, approbavimus, ratificavimus, innovavimus et quatenus opus sit, de novo concessimns, prout tenore paelentium confirmamus, approbamus, ratificamus, innovamus, et quatenus opus est de novo concedimus. Decernentes et hoc nostro Caesareo statuentes edicto, quod tu paelate Daniel Mauch, omnibus et singulis privilegijs, gratijs, iuribus, immunitatibus, honoribus, exemptionibus et liberalitatibus uti, frui et gaudere possis ac valeas, quibus caeteri sacri Lateranensis Palatij Comites hactenus potiti sunt, seu quomodolibet potiuntur consuetudine vel de iure DANTES, et concedentes tibi paelafato Danieli Mauch amplam potestatem et facultatem qua possis et valeas per totum Romanum imperium et ubique terrarum facere et creare. . . . Es folgt die Aufzählung der gleichen Vollmachten wie oben bei der erstmaligen Verleihung.

Datum Augustae Vindelicorum X May MDLIX.

XXXVII.

Kaiser Ferdinand I. erneuert das Konsiliariat
für Daniel Mauch.

Wien, 1561, März 20.

Reichsregistratur. Privilegien Ferdinands I. 1557—64 XII f. 225 v.)¹⁾
(Wiener Arch. Vindob. V).

Ferdinandus Honorabili docto, devoto nobis, dilecto Danieli Mauch Ju. ut Doctori, Scholastico Cathedralis Ecclesiae Worma-

³⁾ 1556 s. XXXV.

¹⁾ Auch der Entwurf ist noch vorhanden.

tiensis Consiliario nostro. Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis, quod cum superioribus annis mihi singulari animi tui modestia ac morum vitaeque probitate nec non luculentis fidei tuae in nos et inclitam domum nostram austrie testemonijs, te motu proprio scienter animoque deliberato et ex certa scientia Consiliarium nostrum creaverimus, deputaverimus et ordinaverimus, caeterorumque Consiliariorum nostrorum consortiō adscripserimus, scienti ex nostro rescripto emanato die septima mensis Novembris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo satius exstat²⁾). Tu vero in ijsdem tuis eximijs virtutibus ac praeclaris in nos fidei et observantiae studijs hucusque constanter (adhuc constanter) permanseris, et deinceps quoque usque ad extremum vitae spiritum permansurus videare, existimavimus nos operae precium facturos, quod nunc iterum alio rescripto declaremus nos concessionis tibi tunc temporis factae nequaquam poenitere, sed te hoc et alijs ornamenti dignum indicere. Itaque memoratam concessionem et ornamentum Consiliariatus nunc clementer innovandum duximus, sicuti per praesentes scienter et deliberate innovamus teque Consiliarium nostrum dicimus et pronunciamus et ab alijs dici, haberi et reputari volumus; decernentes et hoc nostro Caesareo edicto firmiter et expresse statuentes, quod tu praeфate Doctor Daniel Mauch in perpetuum possis uti, frui et gaudere etc. (Reliqua depromamus ex antiquo privilegio).

Datum Viennae die 20. Martij 1561.

²⁾ Siehe oben XXXIV.